



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

2 Vtrum hebetudo sensus sit aliud peccatum a cæcitate mentis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

duos modos in litera primi articuli positos, quibus homo voluntariam cecitatem incurrit, non intendendo illi intelligibili primo, quo alia intelligit. scilicet quod contingit hoc vel spontanea, vel per occupationem mentis circa alia magis dilecta. Videtur enim membra distinctionis coincidere: quoniam voluntaria auersio ab intentione boni debiti, non est nisi propter aliud magis amatum: & sic primum membrum incidit in secundum.

¶ Ad hoc dicitur, quod distinctio membrorum horum non consistit in hoc, quod auersio intentionis ab illo priore intelligibili vel principio habeat a voluntate, vel a passione, ita quod utraque auersio conueniat in hoc, quod est propter aliquid magis amatum, puta, exercitium artis, aut negotiationis, vel otium, vel delectationem, & huiusmodi: sed differentia est in hoc, quod principium auersionis quandoque est a voluntate sine passione, quod importat illud, Noli intel ligere, ut bene ageret.

¶ Et quandoque a voluntate deducta a passione, quod importat illud, Supercecidit ignis concupiscentie, & non uiderunt Solem iustitiae. Et ad utrumque horum significandum, primo distinxit author haec membra, ut diximus in primo, utens nomine, Spontanea uoluntatis: in secundo utens nomine, Occupationem.

¶ Et deinde in responsione ad tertium, quia conueniunt in auertendo intentionem propter aliquod magis amatum, reduxit in unum effectum, & unam rationem distractiuam ex parte obiecti, cui respondet argumentum, quod per accidens potest alicui esse obiectibile intelligere ueritatem, inquam per hoc homo impeditur ab aliis, quae magis amat. Hoc enim commune est utriusque membro, ut dictum est.

¶ Et circa hoc quoniam tria.

¶ Primo, Vtrum cecitas mentis sit peccatum.

¶ Secundo, Vtrum habetudo sensus sit aliud peccatum a cecitate mentis.

¶ Tertio, Vtrum haec vitia a peccatis carnalibus oriuntur.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum cecitas mentis sit peccatum.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod cecitas mentis non sit peccatum. Illud enim, quod excusata peccato, non uideatur esse peccatum: sed cecitas mentis excusata peccato, dicitur enim Ioan. 9. Si caeci essetis, non haberetis peccatum: Ergo cecitas mentis non est peccatum.

¶ 2. Præterea. Poena differt a culpa: sed cecitas mentis est quaedam poena, ut patet per illud, quod habetur Isa. 6. Excæca cor populi huius, non enim esset a Deo cum sit malum, nisi poena esset. Ergo cecitas mentis non est peccatum.

¶ 3. Præterea. Omne peccatum est uoluntarium, ut Augustinus dicit: sed cecitas mentis non est uoluntaria, quia, ut Augustinus dicit, 10. Confes. Cognoscere ueritatem lucet omnes amant. & Eccl. 11. dicitur. Dulce lumen, & delectabile oculis uidere Solem: ergo cecitas mentis non est peccatum.

SED CONTRA est, quod Gregorius 31. Moral. cecitatem mentis ponit inter uitia, quae causantur ex luxuria.

RESPON. Dicendum, quod sicut cecitas corporalis est priuatio eius, quod est principium corporalis uisionis, ita cecitas mentis est priuatio eius, quod est principium mentalis, siue intellectus uisionis. Cuius quidem principium est triplex. Unum quidem est lumen naturalis rationis, & hoc lumen cum pertineat ad speciem animae rationis, nunquam priuatur ab anima: impeditur tamen quodammodo a proprio actu per impedimenta uirium inferiorum, quibus indiget intellectus humanus ad intelligendum, sicut patet in amenibus, & furiosis, ut in primo dictum est. Aliud autem principium intellectus uisionis, est aliquod lumen habituale naturali lumen rationis superadditum. Et hoc quidem lumen interdum priuatur ab anima: & talis priuatio est cecitas, quae est

pena secundum quod priuatio luminis ponitur. Unde de de quibusdam dicitur, ut illos malitia corum. Tertium principium intellectus uisionis, est aliquod intelligibile principium, quod homo intelligit alia, cui quidem principium est mens hominis potest intendere, ut patet. Et quod ei non intendat, contingit dupliciter: doque quidem ex hoc, quod habet uoluntatem se auertentem a consideratione talis principii illud Psalm. 35. Noli intelligere, ut bene agerem modo per occupationem mentis circa alia magis diligit, quibus ab inspectione huiusmodii mens auertitur, secundum illud Psalm. 117. Cidit ignis. scilicet concupiscentie, & non uiderunt Solem.

ET UTROQUE modo cecitas mentis est peccatum. AD PRIMVM ergo dicendum, quod cecitas mentis potest esse quod contingit ex naturali defectu in potestatem.

AD SECUNDVM dicendum, quod cecitas mentis non est peccatum, quod contingit ex naturali defectu in potestatem.

AD TERTIVM dicendum, quod cecitas mentis non est peccatum, quod contingit ex naturali defectu in potestatem, cuiuslibet est secundum se amabile, inueniuntur per accidens esse alicui obiectibile, inueniuntur hoc homo impeditur ab aliis, quae magis amat.

ARTICVLVS II.

Vtrum habetudo sensus sit aliud peccatum a cecitate mentis.

AD SECUNDVM sic proceditur. Unus sensus non sit aliud a cecitate mentis, ut est contrarium: sed dono intellectus operatur, ut patet per Gregorium 2. Moral. cecitas mentis, eo quod intellectus, principium designat ergo habetudo sensus est de eodem genere. ¶ 2. Præterea. Gregorius in 31. Moral. de habetudo nominat eam habetudinem sensus circa malum, sed habetudo sensus circa intelligentiam, nihil est, quod intelligendo deficere, quod pertinet ad rationem, ergo habetudo sensus id est quod cecitas mentis. ¶ 3. Præterea. Si in aliquo differunt, maxime differunt, quod cecitas mentis est uoluntaria, ut patet: habetudo autem sensus est naturalis defectus naturalis non est peccatum, ergo in hoc habetudo sensus non est peccatum, quod est contra Gregorium numerat eam inter uitia, quae ex gula oriuntur.

SED CONTRA est, quod diuersari causatur effectus: sed Gregorius 31. Moral. dicit, quod habetudo sensus oritur ex gula, cecitas autem mentis oritur ex luxuria.

RESPON. Dicendum, quod habetudo sensus non est aliud a cecitate mentis, ut patet per Gregorium 2. Moral. cecitas mentis, eo quod intellectus, principium designat ergo habetudo sensus est de eodem genere. ¶ 2. Præterea. Gregorius in 31. Moral. de habetudo nominat eam habetudinem sensus circa malum, sed habetudo sensus circa intelligentiam, nihil est, quod intelligendo deficere, quod pertinet ad rationem, ergo habetudo sensus id est quod cecitas mentis. ¶ 3. Præterea. Si in aliquo differunt, maxime differunt, quod cecitas mentis est uoluntaria, ut patet: habetudo autem sensus est naturalis defectus naturalis non est peccatum, ergo in hoc habetudo sensus non est peccatum, quod est contra Gregorium numerat eam inter uitia, quae ex gula oriuntur.

n. de uer. re. lig. c. 4. prin. to. 1. ¶ Ino. Cōfess. c. 23. a. med. 10. 11.

¶ 11. 31. Mora. c. 31.

r. i. q. 84. ar. 7. & 8.

¶ Super

Etum percipit causam. Ille ergo dicitur esse acuti sensus circa intelligentiam, qui statim ad apprehensionem proprietatis rei, uel etiam effectus, naturam rei comprehendit, & in quantum usque ad minimas conditiones rei considerandas, pertingit. Ille autem dicitur habes circa intelligentiam, qui ad cognoscendam ueritatem rei pertingere non potest, nisi per multa ei exposita, & tunc et non potest pertingere ad perfecte considerandum omnia, que pertinent ad rei rationem. Sic ergo habetudo sensus circa intelligentiam importat quandam debilitatem mentis circa considerationem spiritualium bonorum. Cæcitas autem mentis importat omnimodam priuationem cognitionis ipsorum. Et utrumque opponitur dono intellectus, per quem homo spiritualia bona apprehendendo cognoscit, & ad coram inima subtiliter penetrat. Hæc enim habetudo rationem non est, sicut & cæcitas mentis, in quantum scilicet est uoluntaria, ut patet in eo, qui affectus circa carnalia de spiritualibus subtiliter discutere fastidit, uel negligit. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

ARTICVLVS III.

Utrum cæcitas mentis, & habetudo sensus, oriatur ex peccatis carnalibus.

**A**D TERTIVM sic proceditur. Vt quod cæcitas mentis, & habetudo sensus, non oriatur ex uitiis carnalibus. **A**ug. n. in li. Retractionum, retractans illud quod dixerat in Soliloquiis, Deus, qui non nisi multos locos ueritatis uoluit, dicit, quod ridere potest, multos esse in mundos multa uera scire: sed homines maxime efficitur inmundi per uitia carnalia. ergo cæcitas mentis, & habetudo sensus, non causantur a uitiis carnalibus. **¶** 1. Præ. Cæcitas mentis, & habetudo sensus sunt defectus quidam circa partem anime intellectiua. Uitia autem carnalia pertinent ad corruptionem carnis: sed caro non agit in animam, sed potius e contrario. ergo uitia carnalia non causant cæcitatem mentis, & habitudinem sensus. **¶** 2. Præ. Vnum quodque magis patitur a propinquo, quam a remotiori: sed propinquiora sunt menti uitia spiritualia, quam carnalia. ergo cæcitas mentis, & habetudo sensus, magis causantur ex uitiis spiritualibus, quam ex uitiis carnalibus.

**S**ECUNDA est, quod Greg. 31. Moral. dicit, quod habetudo sensus circa intelligentiam oritur ex gula, cæcitas autem mentis ex luxuria.

**R**ESPON. Dicendum, quod perfectio intellectualis operationis in homine consistit in quadam abstractione a sensibili phantasmatis. Et ideo quanto intellectus hominis magis fuerit liber ab hominibus phantasmatis, tanto potius considerare intelligibilia poterit, & ordinare omnia sensibilia: sicut & Anaxagoras dicit, quod oportet intellectum esse immutatum ad hoc, quod imperet, & agere oportet, quod dominetur super materiam ad hoc, quod possit eam mouere, ut narrat philosophus & Phys. Manifestum est autem quod delectatio applicat intentionem ad ea, in quibus aliquis delectatur. Vnde Philosophus dicit in 10. Ethic. quod unusquisque ea, in quibus delectatur, optime operatur: e contrario uero iniqua, uel debilitat. Uitia autem carnalia, scilicet gula, & luxuria consistunt circa delectationes tactus, ciborum, & uenerorum, que sunt uoluntarissime inter omnes corporales delectationes. Et ideo per hæc uitia intentio hominis maxime applicat ad corporalia, & per consequens debilitatur operatio hominis circa intelligibilia. Magis autem per luxuriam, quam per gulam, quanto delectationes uenerorum sunt uehementiores quam ciborum. Et ideo ex luxuria oritur cæcitas mentis, que quasi totaliter

**A** spiritualium bonorum cognitionem excludit. Ex gula autem habetudo sensus, que reddit hominem debilem ad huiusmodi intelligibilia. Et e conuerso, opposita uirtutes, scilicet abstinentia, & castitas, maxime disponunt hominem ad perfectionem intellectualis operationis. Unde dicitur Dan. i. quod pueris his, scilicet abstinentibus & continentibus, dedit Deus scientiam, & disciplinam in omni libro & sapientia.

**A**D PRIMVM ergo dicendum, quod quamuis aliqui uitiis carnalibus subditi, possint quandoque subtiliter speculari aliqua circa intelligibilia propter bonitatem ingenii naturalis, uel habitus superadditi, tamen necesse est, ut ab hac subtilitate contemplationis eorum intentio plerumque retrahatur propter delectationes corporales: & ita imundi possunt aliqua uera scire, sed ex sua immunditia circa hoc impediuntur.

**A**D II. dicendum, quod caro non agit in partem intellectuam alterando ipsam, sed impediendo operationem ipsius per modum prædictum.

**A**D TERTIVM dicendum quod uitia carnalia quo magis sunt remota a mente, eo magis eius intentionem ad remotiora distrahunt, unde magis impediunt mentis contemplationem.

QVAESTIO XVI.

Super questionem de cæcitate mentis.

De præceptis fidei, scientia & intellectus in duos articulos diuisa.

**D**EINDE considerandum est de præceptis pertinentibus ad prædicta:

**E**T CIRCA hoc quærentur duo.

**¶** 1. Primum, De præceptis pertinentibus ad fidem.

**¶** 2. Secundum, De præceptis pertinentibus ad doctrinam, scientiam, & intellectus.

ARTICVLVS PRIMVS.

Utrum in ueteri lege debuerint dari præcepta credendi.

**A**D PRIMVM sic procedit. Videtur, quod in ueteri lege dari debuerint præcepta credendi. Præceptum enim est de eo, quod est debitum & necessarium: sed maxime necessarium est homini, quod creditur, scilicet illud Heb. 11. Sine fide impossibile est placere Deo: ergo maxime oportuit præcepta dari de fide.

**¶** 2. Præ. Nouum testamentum continetur in ueteri, sicut figuratum in figura, ut supra dictum est: sed in nouo testamento ponuntur expressa mandata de fide: ut patet Ioan. 14. Creditis in Deum, & in me credite: ergo uerum quod in ueteri lege etiam debuerint aliqua præcepta dari de fide.

**¶** 3. Præ. Eiusdem rationis est precipere actum uirtutis, & prohibere uitia opposita: sed in ueteri lege ponuntur multa præcepta prohibentia infidelitatem, sicut Exo. 20. Non habebis Deum alienos coram me. Et iterum Deut. 13. mandatur, quod non audiant uerba prophetæ, aut somnia-

**I**N q. 16. titulo, scilicet de præceptis, aduerte quod tam hic, quam in subsequentibus tractatibus de aliis uirtutibus, cum ad questionem de præceptis illius uirtutis deuenitur, non sumitur præceptum ut est obligatum ad peccatum mortale de terminato, sed sumitur præceptum, ut dicitur contra confisum, prout habet uim obligatum, communitur tamen siue ad mortale, siue ad ueniale, ut patet ex multis, que in istis locis dicuntur præcepta, ad que constat non obligari sub peccato mortali, ut patet de præcepto in calce huius questionis posito, scilicet de moderatone omnis actus nostri secundum legem, & discurrendo patet in multis aliis. Et hoc bene nota, ne putes omnia mortalia, ex præcepti nomine.

**I**n q. 22. ar. 1. scilicet, & q. 23. ar. 1. & ar. 2. ad 1.

**I**n tota q. 16. dubium tantum occurrit ex eo, quod primi articuli littera in corpore dicit, quod superposita fide ueritas Dei, nulla alia præcepta in ueteri lege sunt data de fide, & tamen in responsione ad quintum non habet inconuenientiam, quod respectu specialium creditur, sit datur in ueteri lege aliquid fecerit. Quo licet hæc simul. Ad hoc dicitur, doctrinam.